INDEX LIBRORUM PROHIBITORUM.


INDEX
LIBRORUM
PROHIBITORUM

Usque ad diem 4. Junii Anni MDCCXLIV.

REGNANTE

BENEDICTO XIV.

P. O. M.



ROMÆ,

Ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1744.

CUM PRIVILEGIO.

REGULÆ INDICIS

Sacrosanctæ Synodi Tridentinæ Jussu editæ.

REGULA I.

LIbri omnes, quos ante annum M.D.XV. aut Summi Pontifices, aut Concilia oecumenica damnarunt, & in hoc Indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur sicut olim damnati fuerunt.

REGULA II.

HÆresiarcharum Libri, tam eorum, qui post prædictum annum, hæreses invenerunt, vel suscitarunt, quam qui hæreticorum Capita, aut Duces sunt, vel fuerunt, quales sunt, Lutherus, Zuvinglius, Calvinus, Balthasar Pacimontanus, Schuvencfeldius, & his similes, cujuscumque nominis, tituli, aut argumenti existant, omnino prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de Religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur.

Qui vero de Religione non tractant, a Theologis Catholicis, jussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati, permittuntur.

Libri etiam catholice conscripti, tam ab illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, quam ab illis, qui post lapsum ad Ecclesiæ gremium rediere, approbati a facultate Theologica alicujus Universitatis Catholicæ, vel ab Inquisitione generali, permitti poterunt.

REGULA III.

VErsiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt a damnatis auctoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur.

Librorum autem veteris testamenti versiones, viris tantum doctis, & piis, judicio Episcopi concedi poterunt: modo hujusmodi versionibus tanquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam S. Scripturam, non autem tamquam sacro textu, utantur.

Versiones vero novi testamenti, ab auctoribus 1. classis hujus Indicis factæ, nemini concedantur, quia utilitatis parum; periculi vero plurimum lectoribus ex earum lectione manare solet.

Si quæ vero annotationes cum hujusmodi, quæ permittuntur versionibus, vel cum vulgata editione circumferrentur, expunctis locis suspectis a facultate Theologica alicujus Universitatis catholicæ, aut Inquisitione generali, permitti eisdem poterunt, quibus & versiones.

Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabli dicitur, aut partes ejus, concedi viris piis, & doctis poterunt.

Ex Bibliis vero Isidori Clarii Brixani prologus, & prologomena præcidantur, ejus vero textum, nemo textum vulgatæ editionis esse existimet.

REGULA IV.

CUm experimento manifestum sit, si sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri; hac in parte judicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur, ut cum consilio Parochi, vel confessarii Bibliorum a catholicis auctoribus versorum, lectionem vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint, ex hujusmodi lectione non damnum sed fidei, atque pietati augumentum capere posse: quam facultatem in scriptis habeant.

Qui autem, absque tali facultate ea legere, seu habere

bere præsumpserit; nisi prius Bibliis Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.

Bibliopolæ vero, qui prædictam facultatem non habent, Biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quovis modo concesserint, librorum pretium, in usus pios ab Episcopo convertendum, amittant; aliisque poenis pro delicti qualitate ejusdem Episcopi arbitrio subjaceant.

Regulares vero, nonnisi facultate a Prælatis suis habita, ea legere, aut emere possint.

REGULA V.

Libri illi, qui hæreticorum Auctorum Opera interdum prodeunt; in quibus nulla, aut pauca de suo apponunt sed aliorum dicta colligunt, cujusmodi sunt Lexica, Concordantiæ, Apophtegmata, similitudines, Indices, & hujusmodi, si quæ habent admixta, quæ expurgatione indigeant, illis, Episcopi, & Inquisitores, una cum Theologorum catholicorum consilio sublatis, aut emendatis, permittantur.

REGULA VI.

Libri vulgari idiomate de controversiis inter catholicos, & hæreticos nostri temporis differentes, non passim permittantur, sed idem de iis servetur, quod de Bibliis vulgari lingua scriptis statutum est.

Qui vero de ratione bene vivendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibeantur, sicuti nec sermones populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hactenus, in aliquo Regno, vel Provincia aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla contineant, quæ sine delectu ab omnibus legi non expediat, si eorum auctores catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo, & Inquisitore poterunt.

REGULA VII.

LIbri, qui res lascivas, seu obscœnas, ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui hujusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur, & qui eos habuerint, severe ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò, ab ethnicis conscripti, propter Sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur: nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGULA VIII.

LIbri quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu ad impietatem, divinationem, seu superstitionem spectant, a catholicis Theologis Inquisitionis Generalis auctoritate expurgati, concedi possunt.

Idem judicium fit de prologis, summariis, seu annotationibus, quæ si damnatis auctoribus, libris non damnatis apposita sunt: Sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGULA IX.

LIbri, omnes, & scripta Geomantiæ, Hidromantiæ, Æromantiæ, Piromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, sive in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus rejiciuntur.

Episcopi vero diligenter provideant, ne Astrologiæ judiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid eventum affirmare audent.

Permittuntur autem judicia, & naturales observationes, quæ navigationis, agriculturæ, sive medicæ artis juvandæ gratia, conscripta sunt.

REGULA X.

IN librorum, aliarumve scripturarum impressione servetur, quod in Conc. Lateranensi sub Leone x. sess. 10. statutum est.

Quare si in Alma Urbe Roma, liber aliquis sit imprimendus, per Vicarium Summi Pontificis, & Sacri Palatii Magistrum, vel personam a Sanctiss. D. N. deputandam prius examinetur.

In aliis vero locis ad Episc. vel alium habentem scientiam libri scripturæ imprimendæ, ab eodem Episc. deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ pravitatis, ejus civitatis, vel diœcesis, in qua impressio fiet, ejus approbatio, & examen pertineat, & per eorum manum, propria subscriptione gratis, & sine dilatione imponendam, sub pœnis, & censuris in eodem decreto contentis, approbetur: hac lege, & conditione addita, ut exemplum libri imprimendi authenticum, & manu Auctoris subscriptum apud Examinatorem remaneat.

Eos vero qui libellos manuscriptos vulgant, nisi ante examinati, probatique fuerint, iisdem pœnis subiici debere judicarunt Patres deputati, quibus impressores. Et qui eos habuerint, & legerint, nisi auctores prodierint, pro auctoribus habeantur.

Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authentice appareat, probatioque, & examen, ac cætera gratis fiant.

Præterea in singulis civitatibus, ac diœcesibus, domus, vel loci, ubi ars impressoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium sæpius visitentur a personis ad id deputandis ab Episcopo, sive ejus Vicario, atque etiam ab Inquisitore hæreticæ pravitatis, ut nihil eorum quæ prohibentur, aut imprimatur, aut vendatur, aut habeatur.

Omnes vero librarii, & quicumque librorum venditores habeant in suis bibliothecis Indicem librorum venalium, quos habent, cum subscriptione dictarum personarum: nec alios libros habeant, aut vendant, aut

qua-

quacunque ratione tradant, sine licentia eorumdem deputatorum, sub pœna amissionis librorum, & aliis arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis. Emptores vero, Lectores, vel Impressores eorumdem arbitrio puniantur.

Quod si aliqui libros quoscunque in aliquam civitatem introducant, teneantur iisdem personis deputandis enunciare; vel si locus publicus mercibus ejusmodi constitutus sit, ministri publici ejus loci, prædictis personis significent, libros esse adductos.

Nemo vero audeat librum, quem ipse, vel alius in civitatem introducit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi ostenso prius libro, & habita licentia a personis deputandis, aut nisi notorie constet, librum jam esse omnibus permissum.

Idem quoque servetur ab hæredibus, & exequutoribus ultimarum voluntatum, ut libros a defuncto relictos, sive eorum indicem, illis personis deputandis offerant: ab iis licentiam obtineant, priusquam eis utantur, aut in alias personas, quacunque ratione eos transferant.

In his autem omnibus, & singulis, pœna statuatur, vel amissionis librorum, vel alia, arbitrio eorundem Episcoporum, vel Inquisitorum, pro qualitate contumaciæ, vel delicti.

Circa vero libros, quos Patres deputati, aut examinarunt, aut expurgarunt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, ut rursus excuderentur, concesserunt, quidquid illos statuisse constiterit, tam bibliopolæ, quam cœteri observent.

Liberum tamen sit Episc. aut Inquisitoribus generalibus, secundum facultatem, quam habent, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur prohibere, si hoc in suis Regnis, aut Provinciis, vel Diœces. expedire judicaverint.


Cæterum nomina eorum librorum, qui a Patribus deputatis purgati, tum eorum, quibus illi hanc provinciam dederunt, eorundem deputatorum Secretarius Notario Sac. universalis Inquisitionis Romanæ descripta, Sanctiss. D. N. jussu tradat.

Ad extremum vero omnibus fidelibus præcipitur, ne qui

qui audeant contra harum Regularum præscriptum, aut hujus indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum, vel cujusvis auctoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, sive habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat.

Qui vero libros, alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, a judicio Episcoporum severe puniatur.



OBSERVATIONES

Ad Regulam quartam, & nonam.

CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Juſſu factæ.

Circa Quartam Regulam.

ANimadvertendum eſt circa ſupradictam quartam Regulam Indicis fel. rec. Pii Papæ IV. nullam per hanc impreſſionem, & editionem de novo tribui facultatem Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, aut Regularium Superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hactenus mandato, & uſu Sanctæ Romanæ univerſalis Inquiſitionis ſublata eis fuerit facultas concedendi hujuſmodi licentias legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias ſacræ Scripturæ, tam novi, quam veteris teſtamenti partes, quavis vulgari lingua edita: ac inſuper ſummaria, & compendia etiam hiſtorica eorumdem Bibliorum, ſeu librorum Sacræ Scripturæ, & quocunque vulgari idiomate conſcripta, quod quidem inviolate ſervandum eſt.

Circa Nonam Regulam.

CIrca Regulam ix. ejuſdem Indicis ab Epiſcopis, & Inquiſitoribus Chriſtifideles ſedulo admonendi ſunt, quod in legentes, aut retinentes contra Regulam hanc, libros hujuſmodi Aſtrologiæ, divinationum, ſortilegiorum, rerumque aliarum in eadem Regula expreſſarum, procedi poteſt, non modo per ipſos Epiſcopos, & Ordinarios, ſed etiam per Inquiſitores locorum ex Conſtit. fel. rec. Sixti Papæ Quinti contra exercentes Aſtrologiæ judiciariæ artem, & alia quæcumque divinationum genera, libroſque de eis legentes, ac tenentes promulga-

ta,

ta, sub Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dom. M.D. LXXXV. Nonis Jan. Pontificatus sui anno primo.

De Thalmud, & aliis libris Hebræorum.


QUamvis in tertia classe Indicis prædicti Pii Papæ IV. sub littera T. Thalmud Hebræorum, ejusque glossæ, annotationes, interpretationes, & expositiones omnes prohibeantur, sed quod si absque nomine Thalmud, & sine injuriis, & calumniis in Religionem christianam aliquando prodiissent, tolerarentur: quia tamen Sanctiss. D. Noster Dominus Clemens Papa VIII. per suam constitutionem contra impia scripta, & libros Hebræorum, sub Datum Romæ apud S. Petrum Incarnat. Dom. M. D. XCIII. pridie Kal. Martii Pontific. sui anno secundo, illos prohibuit, atque damnavit: mens ipsius non est, eos propterea ullatenus etiam sub illis conditionibus permittendi, aut tollerandi; sed specialiter, & expresse statuit, & vult, ut hujusmodi impii Thalmudici, Cabalistici, aliisque nefarii Hebræorum libri omnino damnati, & prohibiti maneant, & censeantur: atque super eis, & aliis libris hujusmodi prædicta constitutio perpetuo, & inviolabiliter observetur.

De Libro Magazor.

AD hæc sciant Episcopi, Ordinarii, & Inquisitores locorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & cœremoniarum ipsorum, & Synagogæ, Lusitanica, Hispanica, Gallica, Germanica, Italica, aut quavis alia vulgari lingua: præterquam Hebræa editum, jamdiu ex speciali decreto rationabiliter prohibitum esse. Idcirco provideant illum nullatenus permitti, aut tolerari debere, nisi Hebraica lingua prædicta.

De Libris Joannis Bodini.

CUm in Appendice 2. classis sub littera I. dicatur (Joannis Bodini Andegavensis Dæmonomania omnino prohibetur, liber vero de Republica, & Methodus ad facilem historiarum cognitionem tamdiu prohibita sint, quousque ab auctore expurgata, cum approbatione Mag. Sac. Palatii prodierint.) Id quidem per errorem fortasse librarii factum, creditur: nam liber de Republica ejusdem Jo: Bodini, primum die xv. Mensis Octobr. M. D. XCII. deinde liber Dæmonomaniæ die 1. Mensis Sept. M. DXCIV. ab eodem Sanctiss. D. N. Papa simpliciter damnati sunt; ac proinde uterque damnatus, & prohibitus censendus est.



OB-

OBSERVATIONES

Ad Regulam decimam.

ALEXANDRI PAPÆ VII. Jussu additæ.

OBservandum est circa Regulam decimam, quod degentes in statu Sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subjecto non possunt transmittere libros a se compositos alibi imprimendos sine expressa approbatione, & in scriptis Emin. ac Rev. D. Card. sanctiss. D. N. Vicarii, & Mag. Sac. Pal. si in Urbe, si vero extra Urbem existant, sine Ordinarii loci illius, sive ab his deputatorum facultate, & licentia operi insigenda.

Qui vero super impressionem librorum ordinariam, aut delegatam auctoritatem exercent, dent operam, ne ad examen librorum hujusmodi personas affectui auctorum quomodolibet addictas, præsertim vero propinquitate illos, aut alia quantumvis a longe petita ea sit (veri, & sinceri judicii corruptrice) necessitudine contingentes admittant, super omnia autem ab oblatis sibi in hanc operam per eosdem auctores Censoribus caveant. Sed iis demum utantur, quos doctrina, morumque integritate probatos, ab omni suspicione gratiæ intactos, ac si fieri potest, Auctoribus ipsis ignotos, & unius boni publici, Deique gloriæ studiosos cognoverint. Quo vero ad Auctores Regulares, cujuscunque Ordinis, & Instituti sint, illud præterea observandum, ut ne eorum scripta, vel opera aliis ejusdem Instituti Regularibus examinanda committantur, sed alterius Ordinis, & Instituti viri pii, doctique, & a partium studio, atque ab amoris, & odii stimulis prorsus remoti eligantur: per hoc autem non tollitur, quin intra eorundem Regularium Ordinem per Religiosos ejusdem Ordinis, Superiorum suorum jussu, præfati libri examinari non debeant.

INSTRUCTIO CLEMENTIS VIII.

Auctoritate Regularis Indicis adjecta.

Eorum, qui libris tum prohibendis, tum expurgandis, tum etiam imprimendis, diligentem, ac fidelem (ut par est) operam sunt daturi.

AD Fidei Catholicæ conservationem non satis est, quinam ex jam editis Libris damnatæ lectionis sint, cognoscere (quod Indice, & Regulis confectis per Patres a generali Tridentina Synodo delectos, præcipue sancitum est) nisi illud etiam caveatur, ne vel iidem denuo pullulent libri, vel similes alii emergant, & propagentur, qui incautas fidelium mentes occulto veneno inficientes justa ac merita damnatione digni judicentur.

Ut igitur quicunque posthac, seu veteres, seu novi libri edentur, quam maxime puri, & tam in iis, quæ ad fidem, quam, quæ ad mores pertinent, incontaminati existant, quid circa malorum librorum interdictionem ad eos penitus abolendos, tam ab Episcopis, & Inquisitoribus, quam a cæteris, quorum ad id in Ecclesia Dei studium valere, & auctoritas potest, (præter ea, quæ Tridentinorum Patrum Regulis supradictis decreta sunt) publica utilitas exigat, capitibus infra positis, diligentius sancitur, iisdemque statuitur, quæ omnino in posterum, tum ab iisdem Episcopis, & Inquisitoribus, aliisque ut præfertur, in malorum librorum interdictione, & abolitione, tum a Correctoribus in librorum, ac cæterorum quorumcumque scriptorum correptione, atque emendatione, tum a Typographis in ipsorum librorum impressione (poena pro arbitrio Episcopi, & Inquisitoribus adversus eosdem Typographos constituta) inviolate sunt observandi.

DE

DE PROHIBITIONE LIBRORUM.

§. I.

CUrent Episcopi, & Inquisitores ut statim atque hic Index fuerit publicatus, eorum jurisdictioni subjecti ad ipsos descripta sigillatim deferant nomina Librorum omnium, & singulorum, quos apud se in eodem indice prohibitos quisque reperiet.

Ad hujusmodi vero libros sic significandos, infra certum tempus ab Episcopo, vel Inquisitore præscribendum omnes cujuscumque gradus, & conditionis extiterint, sub gravi pena, eorum arbitratu, infligenda, teneantur.

Romæ vero hæc omnia certo a se propositis edictis, præscribendo tempore, præstari curabit Sac. Pal. Mag.

§. II.

SI qui erunt qui librum unum, aut plures ex prohibitis, qui ad præscriptum Regularium permitti possunt, certa aliqua ex causa potestatem sibi retinendi, aut legendi fieri ante expurgationem desiderent: concedendæ facultatis extra Urbem, jus erit penes Episcopum, aut Inquisitorem: Romæ, pœnes Mag. Sac. Pal.

Qui quidem gratis eam, & scripto manu sua subsignato tribuent, de triennio in triennium renovandam; ea in primis adhibita consideratione, ut nonnisi viris dignis, ac pietate, & doctrina conspicuis, cum delectu ejusmodi licentiam largiantur: iis autem in primis, quorum studia, utilitati publicæ, & sanctæ catholicæ Ecclesiæ usui esse, compertum habuerint.

Qui inter legendum, quæcumque repererint animadversione digna notatis capitibus, & foliis, significare Episcopo, vel Inquisitori teneantur.

§. III.

ILlud etiam catholicæ fidei conservandæ necessitas extra Italiam maxime cum ab Episc. & Inquisitoribus, tum publicis Universitatibus, omni doctrinæ laude florentibus postulat, ut eorum librorum Indicem confici, & publicari curent, qui per eorum Regna atque Provincias, hæretica labe infecti, ac bonis moribus contrarii vagantur, sive illi propria nationis, sive aliena lingua, conscripti fuerint.

Utque ab eorum lectione seu retentione, certis pœnis ab eisdem Episcopis, & Inquisitoribus propositis, eorundem Regnorum, ac Provinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum Apostolicæ Sedis Nuntii, & Legati extra Italiam, eosdem Episcopos, Inquisitores, & Universitates, sedulo excitare debebunt.

§. IV.

IDem Apostolici extra Italiam Nuntii, sive Legati, nec non in Italia Episcopi, & Inquisitores, eam curam suscipient, ut singulis annis catalogum diligenter collectum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigeant, ad Sanctam Sedem Apostolicam, vel Congregationem Indicis, ab illa deputatam, transmittant.

§. V.

EPiscopi, & Inquisitores, seu ab iisdem subdelegati, & deputati, tam in Italia, quam extra, penes se habeant singularum nationum Indices, ut librorum, qui apud illas damnati, ac prohibiti sunt, cognitionem habentes, facilius prospicere possint, an etiam a suæ jurisdictionis terris, eosdem recognitos, arcere, vel retinere debeant.

In

§. VI.

IN universum autem de malis, & perniciosis libris id declaratur, atque statuitur, ut qui certâ aliqua lingua initio editi, & deinde prohibiti, ac damnati à Sede Apostolica sunt; eosdem quoque in quamcunque postea vertantur linguam, censeri ab eadem Sede, ubique gentium, sub eisdem pœnis interdictos, & damnatos.

DE CORRECTIONE LIBRORUM.

§. I.

HAbeant Episcopi, & Inquisitores conjunctim facultatem quoscunque libros juxta præscriptum hujus Indicis, expurgandi, etiam in locis exemptis, & nullius Diœcesis; ubi vero, nulli sunt Inquisitores, Episcopi soli.

Librorum vero expurgatio, non nisi viris eruditione, & pietate insignibus committatur, iique sint tres, nisi forte, considerato genere libri, aut eruditione eorum, qui ad id deligentur, plures, vel pauciores judicentur expedire.

Ubi emendatio confecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & foliis, manu illius, vel illorum, qui expurgaverint, subscripta reddatur eisdem, & Inquisitoribus, ut præfertur: qui si emendationem approbaverint, tunc liber permittatur.

§. II.

QUi negotium susceperit corrigendi, atque expurgandi, circumspicere omnia, & attente notare debet, non solum, quæ in cursu operis manifeste se offerunt, sed si quæ in scholiis, in summariis, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus, aut Epistolis dedicatoriis, tamquam in insidiis, delitescunt.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, fere hæc sunt, quæ sequuntur.

 Pro-

Propositiones hæreticæ, erroneæ, hæresim sapientes, scandalosæ, piarum aurium offensivæ, temerariæ, schismaticæ, seditiosæ, & blasphemæ.

Quæ contra Sacramentorum ritus, & cæremonias, contraque receptum usum, & consuetudinem S. R. E. novitatem aliquam inducunt.

Profanæ etiam novitates vocum ab hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia, & ambigua, quæ legentium animos a recto, catholicoque sensu, ad nefarias opiniones adducere possunt.

Verba S. Scripturæ non fideliter prolata, vel a pravis hæreticorum versionibus deprompta; nisi forte afferrentur, ad eosdem hæreticos impugnandos, & propriis telis jugulandos, & convincendos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ sacræ, quæcunque ad profanum usum impie accommodantur: tum quæ ad sensum detorquentur abhorrentem a Catholicorum Patrum atque Doctorum unanimi sententia.

Itemque epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum dicta deleantur.

Ad hæc reiiciuntur omnia, quæ superstitiones, sortilegia, ac divinationes sapiunt.

Item quæcunque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicæ fortunæ, humani arbitrii libertatem subiiciunt, obliterentur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganismum redolent.

Item, quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt, bonisque moribus, & christianæ disciplinæ sunt contraria, expungantur.

Expungendæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam.

Item quæ ex gentilium placitis, moribus, exemplis tyrannicam politicam foveant, & quam falso vocant rationem status, ab Evangelica, & christiana lege abhorrentem inducunt, deleantur.

Explodantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, Religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt, & violant.

Facetiæ etiam, aut dicteria in perniciem, aut præjudicium famæ, & existimationis aliorum jactata, repudientur.

Denique lasciva, quæ bonos mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quæ obscænæ imagines, prædictis libris expurgandis impressæ, aut depictæ extent, etiam in literis grandiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est, hujus generis omnia penitus obliterentur.

§. III.

IN libris autem catholicorum recentiorum, qui post annum christianæ salutis M.D.X.V. conscripti sunt, si id, quod corrigendum occurrit, paucis demptis, aut additis, emendari posse videatur; id Correctores faciendum curent, sin minus, omnino auferatur.

§. IV.

IN libris autem catholicorum veterum nihil mutare fas sit, nisi ubi, aut fraude hæreticorum, aut typographi incuria manifestus error irrepserit.

Si quid autem majoris momenti, & animadversione dignum occurrerit: liceat in novis editionibus, vel ad margines, vel in scholiis adnotare: ea in primis adhibita diligentia, an ex doctrina, locisque collatis ejusdem auctoris sententia difficilior illustrari, ac mens ejus planius explicari possit.

§. V.

POstquam codex expurgatorius confectus erit, ac mandato Episcopi, & Inquisitoris impressus, qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorundem licentia, juxta formam in codice traditam eos corrigere, ac perpurgare.

DE IMPRESSIONE LIBRORUM.

§. I.

NUllus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen, patriam & præferat auctoris.

Quod si de auctore non constet, aut ob justam aliquam causam, tacito ejus nomine, Episcopo, & Inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius pro nomine auctoris describatur, qui librum examinaverit atque approbaverit.

In his vero generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis, aut exemplis, aut vocibus compilari solent, is qui laborem colligendi, & compilandi susceperit, pro auctore habeatur.

§. II.

REgulares, præter Episcopi, & Inquisitoris licentiam (de qua Regula X. dictum est) meminerint teneri se, Sacri Conc. Trid. decreto, operis in lucem edendi facultatem, a Prælato, cui subjaceant, obtinere.

Utramque autem concessionem, quæ apparet ad principium operis, imprimi faciant.

§. III.

CUrent Episcopi, & Inquisitores, pœnis etiam propositis, ne impressoriam artem exercentes, obscœnas imagines, turpesve, etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros vero qui de rebus Ecclesiasticis, aut spiritualibus conscripti sunt, ne characteribus grandioribus utantur, in quibus expressa appareat alicujus rei profanæ, nedum turpis, obscœnæve, species.

Qui etiam invigilabunt summopere, ut in singulorum

impressione librorum, nomen impressoris, locus impressionis, & annus, quo liber impressus est in principio ejus, atque in fine annotetur.

§. IV.

QUi operis alicujus editionem parat, integrum ejus exemplar exhibeat Episcopo, vel Inquisitori, id ubi recognoverint, probaverintque, pœnes se retineant, quod Romæ quidem in Archivio Mag. Sac. Palatii, extra Urbem vero, in loco idoneo, quem Episcopus aut Inquisitor elegerit, reservetur.

Postquam autem liber impressus erit, non liceat cuiquam venalem in vulgus proponere, aut quoquo modo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet, illum cum manuscripto apud se retento, diligenter contulerit, licentiamque, ut vendi, publicarique possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habebitur, typographum fideliter se in suo munere gessisse, neque ab exemplari manuscripto, vel minimum discessisse.

§. V.

CUrent Episcopi, & Inquisitores, quorum muneris erit facultatem libros imprimendi concedere; ut eis examinandis, spectatæ pietatis, & doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide, & integritate, sibi polliceri queant: nihil eos gratiæ daturos, nihil odio sed omni humano affectu post habito, Dei dumtaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi utilitatem.

Talium autem virorum approbatio, una cum licentia Episcopi, & Inquisitoris, ante initium operis imprimatur.

Ty-

§. VI.


TYpographi, & Bibliopolæ coram Episcopo, aut Inquisitore, & Romæ coram Mag. Sac. Palatii, jurejurando spondeant, se munus suum, catholice, sincere, ac fideliter exequuturos, hujusque Indicis decretis, ac regulis, Episcoporumque, & Inquisitorum edictis, quatenus eorum artes attingunt, obtemperaturos; neque ad suæ artis Ministerium, quemquam scienter admissuros, qui hæretica labe sit inquinatus.

Quod si inter illos insignes, ac eruditi nonnulli reperiantur, fidem etiam catholicam, juxta formam a Pio IV. fel. rec. præscriptam, eorundem Superiorum arbitrio, profiteri teneantur.

§. VII.

LIber auctoris damnati, qui ad præscriptum Regularum expurgari permittitur, postquam accurate recognitus, & purgatus, legitimeque permissus fuerit, si denuo sit imprimendus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cum nota damnationis, ut quamvis quoad aliqua liber recipi, auctor tamen repudiari intelligatur.

In ejusdem quoque libri principio, cum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis, ac permissionis mentio fiat, e. g. Bibliotheca a Conrado Gesnero Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunc jussu Superiorum, expurgata, & permissa.



INDEX LIBRORUM
A S. Sede hactenus PROHIBITORUM.

A

ARON purgatus, seu de vitulo aureo libri duo: Autore Francisco Moncæjo Fridevalliano Atirebatio.

Abailardus. vide Petrus.

de Abano. vide Petri de Abano.

Abbas Joachim. vide Mirabilium.

Abbas Re di Persia. vid. Cõditioni di Abbas.

Abbate Tosini. vide: Storia, e sentimento &c.

Abbatis Panormitani Consilium. vide Consilium.

Abbatis Urspergensis Historiæ. vide Annotationes in Chronica. Conradi a Liectenavv: Paralipomenon.

de Abbatum, Episcoporum, &c. Potestate. vide Stephani d'Alvin.

Monsieur l'Abbè...... vide: Histoire Generale du Jansenisme.

L'Abbè du Manoir. vide: Defense des Deux Brest &c.

A.B.C. tractans rudimenta Religionis.

Bre-

Brevi SS. D. Nostrii Clementis PP. XI. 13. Julij 1708. & Bulla ejusdem SS. D. N. sub dat. 6. Idus Septembris 1713.
de Absolutione impensa, prævia peccatorum epistolari expositione. vide Anonymi opusculum.
de Absoluto Principum dominio. vide Gulielmi Bareth.
Abstemii Fabulæ. vide Fabulæ Laurentii.
Abydenus Corallus, alias Uldricus Huttenus 1. cl.
Academiarum diversarum. Tom. 1. Consiliorum. vide Responsorium Juris.
Academiarum Lipsiensis, & VVitebergensis Repetitio Orthodoxæ Confessionis.
Academica exercitatio. vide Exercitatio Academica.
Academicarum dissertationum Heptades duæ. vide Jacobi Altinæ.
Academici Discursus de jure publico. vide Dominici Arumei.
Accademico Affidato Concorde &c. vide: Gara dell' intelletto.
Accademico Incognito. Vide Dialogi Istorici.
de Accoltis. vide Lucii Pauli Rhoseli.
L' Accomplissement des Propheties, ou la delivrance prochaine de l' Eglise. Ovvrage, dans le quel il est prouvè que le Papisme est l' Empire Antichrestien &c. Par le S. P. I. P. E. P. E. Th. A. R. Tome 1. a Rotterdam. MDCLXXXVI. Tome 11. Dec. S. Congr. Ind. 4. Martii 1709.
Accomplissement des Propheties, ou la delivrance prochaine del' Eglise par le S. P. I. E. P. E. tomi duo Rotterdam 1686. decr. Sac. Congr. Ind. 21. Januarii 1732.
Suite de l' Accomplissement des Propheties, ou amplification des preuves historiques, qui font voir, que le Papisme est l' Antichristianisme. A Rotterdam 1688. Par le S. P. I. P. E. P. E. Th. A. R. Decret. Sacr. Congreg. Ind. 4. Martii 1709.
Achates Joannis Rho. vide Joannis Rho.
Achatius Brandeburgensis 1. cl.
Achilles Pyrminius Cassarus 1. cl.
Achillis Ducis VViterbergensis. vide Friderici Achillis.
Achmetis Onirocritica, cum Notis Nicolai Rigaltii.

Acta Eruditorum Anno 1712. publicata Lipsiæ.
Acta eruditorum Anno 1713. publicata Lipsiæ.
Acta Eruditorum Anno 1714. publicata Lipsiæ.) Decr. Sacr. Con. Indic. 7. Febru. 1718.

Acta Eruditorum anno 1715. publicata Lipsiæ.
Acta Eruditorum anno 1716. publicata Lipsiæ.) Decr. Sacr. Cong. Indic. 21. Jan. 1721.

Acta Eruditorum Lipsiæ anno 1717.
Acta Eruditorum Lipsiæ anno 1718.
Acta Eruditorum Lipsiæ anno 1719.
Acta Eruditorum Lipsiæ anno 1720.) Dec. Sac. Congr. Ind. 4. Decemb. 1723.

Acta Eruditorum anno 1721. publicata Lipsiæ.
Acta Eruditorum anno 1722. publicata Lipsiæ.) Dec. Sacr. Cong. Ind. 17. Maii 1734.

Acta Eruditorum Lipsiæ ab an. 1723. ad an. 1726. decreto S. C. Ind. 14. Jan. 1727.

Acta Eruditorum Lipsiæ an. 1727.
Acta Eruditorum Lipsiæ an. 1728.
Acta Eruditorum Lipsiæ an. 1729.) Decr. Sacr. Congr. Indic. 13. April. 1739.

Actorum Eruditorum quæ Lipsiæ publicantur supplementa Tom. primus Lipsiæ 1693.
Tomus secundus eorundem actorum Lipsiæ 1696.
Tomus tertius eorumdem actorum Lipsiæ 1702.
Tomus septimus eorundem actorum Lipsiæ 1721.) Dec. Sacr. Cong. Ind. 21. Januar. 1732.

Tomus quintus eorumdem actorum Lipsiæ 1713.
Tomus sextus eorundem actorum. Lipsiæ 1714.) Decr. Sac. Cong. Ind. 5. Jul. 1728.

Tom. 8. 9. & 10. dec. S. C. Ind. 14. Jan. 1737.

Acta quædam Ecclesiæ Ultrajectinæ exhibita in defensionem jurium Archiepiscopi, & Capituli ejusdem Ecclesiæ &c. Hagæ Comitum 1737. decr. Sacr. C. Ind. 13. April. 1739.

In Actis Æneæ Sylvii prohibentur ea, quæ ipse in Bulla retractationis damnavit.

Actuum Apostolorum Explicatio. vide Explicatio primi, tertii, &c.

Adagia. vide Desiderii Erasmi.

Adamantius. vide Origenes defensus.

Adamarius. vide Berhardi Lotii: Gerardus Lorichius: Joannes Lorichius: Reinhardus Lorichius.

Adami Ruperti Observationes. vide Christophori Adami.

Adami Theodori Siberi Dialexeon Academiarum, quæ sunt Orationes, Præfationes, Dissertationes, Epistolæ, & Carmina.

Adami Tribbecchoni de Doctoribus Scholasticis, & corrupta per eos Divinarum, humanarumque rerum scientia liber singularis &c. Giessæ 1665. Dec. S. Congr. Ind. 12. Mart. 1703.

Adami vitæ Germanorum Theologorum. vide Melchioris Adami.

Adamus Hopius. 1. cl.

Adamus Niesieski. vide Joannis Mar Kievicz Speculum zeli.

Adamus Pastoris. 1. cl.

Adamus Schmitd, vel Scuberts. 1. cl.

Adamus Sibertus. 1. cl.

de addiscenda Juris prudentia. vide Christophori Besoldi.

Additiones, seu Annotationes in vitam juventutis. vide vita Juventutis.

Additiones, seu Apostillæ omnes Caroli Molinæi in libros Juris Canonici, & aliorum Catholicorum.

Adeler. vide Caspar.

Adeisidæmon, seu Titus Livius a superstitione vindicatus, cui adjungitur alia dissertatio de Originibus Judaicis, Authore Joanne Relando. Hagæ Comitis 1719. dec. S. Cong. Ind. 4. Dec. 1725.

Adeodatus Pr. Compresbyteris de Clero per Fœderatum Belgium D. Theodor. Cokkium, ut Provicarium non recipientibus S. P. D. Delphis apud Henricum Van Rhyn, 1703. Brevi SS. D. N. Clementis PP. XI. 4. Octobris 1707.

de adhortando Serenissimum Maximilianum, &c. vide Concilium Greg. XV. exhibitum.

ctans etiam in particulari de Infidelibus, Paganis atque Parvulis non baptizatis. Rotterodami apud Franciscum Van Hoogstraetem Bibliopolam 1686. Dec. Sac. Cong. S. Offic. 1. Julii 1693.

den Toet-Steen vanhet boekien genaemt. Rechtamaetigh onderscheyd, &c. Latine autem sic redditur, Lydius Lapis libelli, qui inscribitur adæquatum discrimen, &c. & aliter nuncupatus libellus cum tribus columnis, seu brevis consideratio supra contentam in eo libello Doctrinam de Peccato Originali, prædestinatione, &c. Rotterodami 1690. Dec. Sac. Congregat. Ind. 21. Novemb. 1690.

folium idiomate Belgico impressum, cui titulus: Korten Getronuu Verbaelu an't Geue onlangs is voorgevallen tusschen de evv H. Lambertus Van Rhyn P. tot Pynachker, en My Ondergeschreve. Qui titulus latine sonat: Brevis, & fidelis narratio istius; quod nuper accidit inter R. D. Lambertum Van Rhyn Pastorem in Pinacker, & me infrascriptum, scilicet Adrianum Van Vuych.

VVndeliske Zentbrief aen alle de Soogensem de Jansenisten. Data 27. Augusti ab Adriano &c. & latine sonat: Epistola amica ad illorum omnes, qui Jansenistæ dicuntur.

Adriani Relandi, de Religione Mahummetica libri duo, editio altera auctior. Trajecti ad Rhenum 1717. dec. ut supra.

Adrianus. vide Hadrianus.

Adrian Baillet. vide Les Vies de Saints &c.

Adversaria Historica. vide Riccardi Dinothi.

Advis charitable formè aux Peres Penitens du Tiers Ordre de S. Francois, sur la persecution, qu'ils font aux Reverends Peres Capuccins.

Adumbrata Ecclesiæ Romanæ, Catholicæque veritatis de Gratia adversus Joannis Leydeckeri in sua Historia Jansenismi Hallucinationes, injustasque criminationes defensio. Vindice Ignatio Eyc Henboom Theologo 1696. In Cong. S. Off. 8. April. 1699.

P. F. Ægidii Gabrielis Leodiensis in alma Universitate Lovaniensi S. Theologiæ Licentiati Tertii Ordinis Sancti

Fran-

Fr. Kenricum a S. Ignatio Athensem Ordinis FF. B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Tomus primus de generalibus principiis Amoris, & morum, Prolegomena septem, Librosque undecim complectens. Leodij ex Officina Typographica Jo: Francisci Boncart 1709. Dec. S. Congr. S. Offic. 12. Septemb. 1714.

Affanni dell' Anima timorata co' suoi conforti, e rimedj, aggiuntovi il metodo per risanare un' anima inferma di scrupoli del Molto R. P. F. Raffaelle Grinezoni Domenicano &c. Venetia 1676. Appresso Francesco Salerni Dec. S. Cong. S. Off. die 9. Septembris 1688.

Agar Saræ exemplaris in usus philosophicos. vide Philosophia Theologica.

Agatio de Somma. vide Vie du Pape.

Agenda, seu Formulæ precum, aut Officia Hæreticorum quacunque lingua conscripta.

de Aggratiandi Jure. vide Danielis Classen.

de Agno Paschali Conciones. vide Passionale.

Agobardi Episcopi Lugdunensis Opera impressa studio Papitii Massionii, donec corrigantur.

Agricola. vide Bartholomæi: Joannes: Martinus.

Agrippa. vide Cornelius: Henricus Cornelius.

Ahasueri Francisci. Vide Tractatus Theologico-nomico-politicus.

Aichlerus. vide Michael.

Alabastrus Anglus. vide Apparatus.

Alani Magni de Insulis Doctoris universalis explanationum in prophetiam Merlini Ambrosii Britanni, libri septem Dec. Sacr. Congr. Ind. 22. Decemb. 1700.

Alarco. vide Joannes.

Alberici Gentilis de Armis Romanis libri duo. Item de Jure Belli libri tres: Item de Nuptiis libri septem; & alia ejus Opera omnia omnino prohibentur.

Alberii Organon. vide Claudii Alberii.

Alberti Argentinensis Chronicon, Editio Basileensis, nisi corrigatur.

D. Alberti, & Ulderici fratrum Ducum, &c. vide Liber continens doctrinam &c.

Alberti Krantii Hamburgensis Historiæ, seu Chronicæ, edita Francofurti, nisi corrigantur.

Alber-

Aletophilus Christianus. vide Artes Jesuiticæ.
Alexander Albertinus. vide Malleus dæmonum.
Alexander Alexius Scotus. 1. cl.
Alexander Lipsiensis. vide Alexius.
Alexander Novellus: 1. cl.
Alexander Regius: vide Clavis aurea; qua aperiuntur Michaelis &c.
Alexander Seton Scotus. 1. cl.
Alexander Ross. vide les Religions.
Alexandri Carerii Patavini Liber de Potestate Romani Pontificis adversus impios Politicos; donec corrigatur.
Alexandri Mori de Sacra Scriptura Exercitationes Genevenses.
Alexandre Gordon. vide: Vie du Pape Alexandre VI.
Alexandro Marchetti. vide: Di Tito Lucrezio &c.
Alexiacus. vide Heliodorus.
Alexius Alexander Lipsiensis. 1. cl.
Alexius Brenicerus. 1. cl.
P. Alexius Recollectus. vide Ulula.
Alexius Scotus: vide Alexander.
Alphabeto (forte Alphabeto) literale, fantasmatico, mistico, acquistato, contemplativo, col quale resta formata risposta circolare ad una Religiosa pusillanime nel dibattimento della contemplatione mistica acquistata. In Genova per Antonio Casamarra. In Dec. Cong. S. Off. sub die 15. Maii 1687.
Alfabeto per saper leggere in Cristo libro di vita eterna &c. vide Joannis Falconi.
Alieus. vide Antonius.
Allegationum fiscalium pars 1. Authore Joanne Baptista Larrea, donec corrigatur.
Allegazioni per la rivocazione dell'Editto publicato da Reverendissimi Vescovi di Catania, Girgenti, e Mazzara in contemplazione della Lettera missiva della Sacra Congregazione dell'Immunità sopra l'assoluzioni ad reincidentiam senza il Regio exequatur. Decr. Sac. Congreg. S. Offic. 7. Septembris 1712.
Allegoricæ Enarrationes in Ovidii Metamorphoseos. vide in Ovidii Metamorphoseos.
Allegrede Casanate. vide Paradisus.

Allo-

Altin-

Altingi: vide Henrici Altingh, & Jacobi Alting.
de Alva, & Astorga. vide Petri de Alva.
d' Alvin. vide Stephani d' Alvin.
Alviset. vide Murenulæ sacræ vestis.
de Alzedo. vide de Præcellantia Episcopalis dignitatis.
Amadæi Guimenii Lomariensis Opusculum, singularia universæ fere Theologiæ moralis complectens adversum quorundam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones morales. Sive alio quocumque titulo, nomine & idiomate in quibusvis locis hactenus typis impressum, ac etiam manu descriptum, & quandocunque imprimendum, & describendum.
Amama. vide Sixtini Amama &c.
Amand. Flavian. vide extrait de l'examen &c.
Amandus a Polansdorf. vide Syntagma Theologiæ Christianæ.
Amarulentiarum Dulcoratio. vide Ludovici Carvajali.
Amati Lusitani Centuriæ, donec expurgentur.
de Amaya. vide Francisci.
Ambachius. vide Melchior.
l' Ambasciata del Gallo sopra le parole di San Giovanni cap. 18.
l' Ambasciata di Romolo ai Romani.
Ambrosia Celeste. vide Michaelis Cicognæ.
Ambrosii Catharini Politi Quæstiones duæ de verbis, quibus Christus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum confecit.
Ambrosius Blaureus. vide Blaureus.
Ambrosius Interbocensis. 1. cl.
Ambrosius Lobuvasser. 1. cl.
Ambrosius Moibanus Uratislaviensis. 1. cl.
Ambrosius Reudentius. 1. cl.
Ambrosius VVolfius, vel VVolsius. 1. cl.
Amelot. vide Histoire: Supplement al Histoire.
Amerbachius. vide Viti.
Amesii Philosophemata, vide Gulielmi.
Amica, & humilis, & devota Admonitio.
Amicus Consentinus. vide Cursus Theologici.
Amling. vide VVolphangus.
Ammonius. vide VVolphangus.

l' Amo-

Analyse raisonne de l' Apocalisse 1710. 1718. Auctore Petro Jurieu. Dec. Sacr. Cong. Indic. 14. Jan. 1737.

Analysis Chronologico-Pragmatologica, sive illustratio Tabularum Chronologicarum Christophori Schraderii &c. Authore Joann. Diderich Von Gulich Ict. &c. Osterrod. anno 1692. Dec. Sac. Congregat. Ind. 12. Martii 1703.

Analysis Logica. vide Victorini Strigelii.

Analysis Resolutio Dialectica quatuor librorum Institutionum Imperiailum.

ΑΝΑΜΝΗΣΙΣ Anamnesis Juris, quod in approbandis Pontificibus Imperatores habent.

S. Anastasii Synaitæ &c. vide Liber editus a quodam Hæretico &c.

Anastasis Chiromantiæ. vide Bartolomæi Coclitis.

Anatome Concilii Tridentini. vide Henrici Heideggeri.

Anatomia excussa Marpurgi per Eucharium Cervicornium.

Anatomia Hominis. vide Liberti Fromundi.

Anatomia della Messa.

Anatomia Societatis Jesu, sive Probatio spiritus Jesuitarum.

Anciennes Ceremonies. vide Traictè: les Conformitez.

Andegavensis Diaconus. vide Berengarius.

Andrea Magendeo. vide Antibaronius Maganelis.

Andrea Mastelloni. vide. Maniera Divota.

Andrea di S. Tomaso. vide Incertezza accertata.

Andreæ Althamiri Commentaria in Tacitum de situ, & moribus, & Populis Germaniæ, donec corrigantur.

Andreæ Cludii ad 3. Tit. Digest. & Cod. de Condictione ob turpem, vel injustam Causam commentarius.

Andreæ Corvi Liber de Chiromantia.

Andreæ Henrici Bucholti Ecclesiæ Brunsvicensis Coadjutoris de Ecclesiæ Romano Pontifici subjectæ Indulgentiis Tractatus Theologicus, in quo Indulgentiarum earundem vanitas ostenditur. Rintelii 1657. Dec. Sac. Congreg. Ind. 4. Martii 1709.

Andreæ Jacobus. vide Jacobus.

Andreæ Masii Commentaria super Josue, donec corrigantur.

Andreæ Mauroceni Historia Veneta ab anno 1521. us-

Andreas Hyperius. 1. cl.
Andreas Jacobi Gopingensis. 1. cl.
Andreas Knopen. 1. cl.
Andreas Kreuch. 1. cl.
Andreas Lang. 1. cl.
Andreas Lao. vide de Pontifice Romano.
Andreas Libavius. vide Appendix necessaria.
Andreas Libonius. vide Defensio, & Declaratio.
Andreas Muncerus. 1. cl.
Andreas Musculus. 1. cl.
Andreas Odonus. 1. cl.
Andreas Oldemburger. vide Manuale Principum; Thesaurus Rerum publicarum.
Andreas Osiander. 1. cl.
Andreas Otho Hertzbergensis. 1. cl.
Andreas Pancratius. 1. cl.
Andreas Petrius. 1. cl.
Andreas Pissinus. vide Naturalium Doctrina.
Andreas Poach. 1. cl.
Andreas Pauchemius, vel Ponchaimius. 1. cl.
Andreas Quenstedit. vide Dialogus de Patriis.
Andreas Sanguin, vide Factum circa Propositiones.
Andreas Schopfius. vide Hieronymi Treutleri.
Andreas Scoffius. vel Scoppius. 1. cl.
Andreas Shmideilinus. vide Jacobus.
Andreas a Skevve. 1. cl.
Andreas Volanus. 1. cl.
Andrea VVilchio. vide: Festa.
Andringa. vide: Doctrina non universitatis Lovaniensis &c.
Anetius. vide Jacobus.
de Angelica, & humana Hierarchia Hieronymi Columbi Libri octo, ubi Sacratiores, & magis arduæ in hoc genere ad rem Christianam spectantes quæstiones elucidantur.
Angelici Doctoris Divi Thomæ Aquinatis Sententia de prima hominis institutione, ejusque per peccatum corruptione, illiusque per Christum reparatione tribus Libris comprehensa adversus Joannem Georgium Dorscheum Doctorem Lutheranum: Authore Thoma Leonardi Mosè Trajechino liber alias suspensus, ad-

Annotationes in novum Testamentum Laurentii Vallæ.
Annotationes in Psal. vide Joannis Pici.
Annotationes in Psalterium Hebraicum.
Annotationes in vitam juventutis. vide vita juventutis.
Annotationes Phisologicæ. vide: Eduardi.
Annotationum Erasmi Epitome. vide Joannis Mahusii.
de Anomala successione. vide Conclusionum Civilium.
Anonymi cujusdam Liber de Repugnantia doctrinæ Christianæ.
Anonymi cujusdam Liber inscriptus: Theologia Moralis Jesuitarum.
Anonymi Opusculum, quod inscribitur: A S.C. Dissertatio pro Francisco Suarez de gratia ægro oppresso collata per absolutionem a Sacerdote præsente impensam, prævia peccatorum expositione epistolari.
Annonymus, cui titulus Consuetudinis Angliæ, de concedenda ad usum pecunia. Londini 1699. Dec. S. Off. die 11. Martii 1704.
Anonymus, cui titulus; Liber Idiomate Gallico. vide la Consciansе Cretienne &c.
Anonymus cui titulus-letres d'un Eveque, a un Eveque ou consultation sur le fameux cas de cosсence, ressolu per quarante docteurs de la facultè de Theologie de Paris. Decr. S. Off. 11. Martii 1704.
Anonymus Professor Regiomontanus. vide Erotemata Juris civilis.
Ansaldi Cebà Historia Esther metricè conscripta, donec corrigatur.
Ansaldi e S. Miniato. vide Francisci Ansaldi.
Anselmus Ryd. vide Valerius.
Antaristotelicorum Problematum Centuria. vide Problematum Miscellaneorum.
l'Antechrist Romain. Libellus Gallico idiomate conscriptus.
P. Antero Marsa de S. Bonaventura. vide Auri, gemmarumque &c.
Anthoinette. vide la Lumiere.
Antibarbarus Biblicus. vide Sixtini Amama &c. &c. Decr. S. Congr. Indicis 4. Martii 1709.
Antibaronius Magenelis, seu animadversiones in annales

Antiqua, & vera fides, & sola servans, demonstrata plurimis Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum testimoniis, quæ collegit Timannus Gessellius Medicinæ Doctor. Trajecti ad Rhenum 1664. Decr. Sacræ Congreg. Indicis 15. Januar i 1714.

in antiquis est sapientia. vide Unitas dogmatica, & politica.

de Antiquis, & majoribus Episcoporum causis Liber, in quo SS. Patrum, & Pontificum, & Conciliorum Ecclesiæ Catholicæ sententiæ proferuntur ad confutationem errorum Davidii in Libro Gallicè scripto, de Judiciis Canonicis Episcoporum, Authore Theologo Parisiensi Doctore Sorbonico.

Antiquæ Facultatis Lovaniensis, qui adhuc superstites sunt discipuli ad eos, qui hodie Lovanii sunt Theologos, de Declaratione Sac. Facul. Theol. Lovaniensis recentioris circa Constitutionem Unigenitus 1716. dec. Sac. Cong. Ind. 17. Maii 1734.

de Antiquitate Romanorum. vide Thomæ Dempsteri.

de Antiquitate Scholarum. vide Jo: Althusii.

Antiquitates Ecclesiæ in tribus prioribus post natum Christum Seculis &c. Studio, & opera Balthassarii Babelli Argentorati 1669. In Decr. Cong. Indicis sub die 10. Septembris 1688.

Antiquitates Rom. vide: Henrici Kipingii.

Antiquitatis Assyriorum, Chaldæorum. vide Manuale rerum admirabilium.

de Antiquo jure Presbyterorum in regimine Ecclesiastico. Authore Claudio Fontejo Theologo Taurini 1676. Dec. S. Cong. Ind. 29. Maii 1690.

Antisturmius. vide Laonicus.

Antithese des faicts de Jesus Christ, & du Pape; Imprimè a Rome l'an du gran Jubilè 1600.

Antitheses ad Theses Theologicas, seu articulos exhibitos Illustriss. ac Reverendiss. D. Archiepiscopo Mechliniensi causa prætensæ concordiæ ineundæ cum PP. Societatis Jesu, & aliis per Excellentiss. D. Gummarum Huygens, quas, Præside R. P. Philippo de Ros Societatis Jesu Sacræ Theologiæ Professore, defendet P. Gouvinus Van Gessere ejusdem Societatis exercitio hebdomadario Lovanii apud PP. Soc. Jesu.

su. Dec. Cong. S. Off. die 5. Septembris 1685.

Antithesis Benedicti a Benedictis. vide Apparatus.

Antonii Arnaldi Doctoris, & Socii Sorbonici Opera sequentia: Letre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne, a une persone de condition &c.

seconde letre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne a un Duc, & Paire de France, pour servir de responsse &c.

epistola, & Scriptum ad Sacram Facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 6. Decembris 1655.

Scripti pars altera ad Sacram facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 10. Decembris 1655.

epistola, & alter Apologeticus ad Sacram facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam die 17. Januarii 1656.

epistola inscripta Viro sapientissimo Henrico Holdeno, incipiens: Ea temporum conditione.

vera S. Thomæ de Gratia sufficienti, & efficaci doctrina dilucide explicata.

propositiones Theologicæ duæ, de quibus hodie maximè disputatur, clarissime demonstratæ.

Antonii Bonfinii Commentaria de Pudicitia.

Antonii Borremansi variarum Lectionum Liber.

Antonii Carrarini duo Libelli Astrologici.

Antonii Fabricii Bleyniani in Theoriam, & Praxim Beneficiorum Ecclesiasticorum Methodica, & familiaris introductio, donec corrigatur.

Antonii Francisci Doni Litteræ.

Antonii Gonzalez de Rosende. Disputationes de Justitia originali, de peccato originali, de Justitia gratuita, Lugduni, &c. 1677. Dec. Sac. Congr. S. Offic. 26. Junii 1681.

Antonii le Grand Institutio Philosophiæ secundum principia D. Renati, des Cartes, nova methodo adornata &c. Londini Anno 1678. Dec. Sacr. Congr. Ind. 15. Jan. 1714.

Antonii Matthæi I. U. D. & Professoris in Academia Groningæ, & Omladiæ, Collegia Juris sex.

Antonii Merendæ Disputationes de consilio minime dando, juxta opinionem specificantem probabiliter actum

pro

pro licito, donec corrigantur; correctæ verò, juxta Dec. 20. Novembris 1663. permittuntur.

Antonii Mizaldi Opuscula memorabilium, & utilium Centuriæ, & de Hortensibus, donec corrigantur.

Antonii Pellegrini Physionomia naturalis; qui alias jam fuerat Impressus Venetiis sub Titulo; I segni della natura dell' uomo d' Antonio Pellegrini.

Antonii Perez Relationes.

Antonii Poli Veneti Lucidarium Potestatis Papalis.

Antonii cujusdam ignoti Possevini. vide Libellus quam plurimis &c.

Antonii Ragucii Lucerna Parochorum, seu Catechesis ad Parochos, donec corrigatur, juxta decretum 12. Decembris 1624.

Antonii de Rampilogis Figuræ Bibliorum; donec expurgentur.

Antonii Reiserii Augustani Sancti Augustinus contra Bellarminum, & alios Scriptores papæos vindicatus.

ejusdem, Brevis Apologia pro Epistola quadam consolatoria in gratiam S. Aletheæ scripta, & edita A. Æræ Christi vulg. MDCLXXIV.

Antonii Reuclini Exegesis dictionum in Psalmos, donec expurgetur.

